



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

cuit. Quæ uero nunc usq; in finem libri sequuntur ma-
ledictiones sunt transgredientibus præcepta & bene-
dictiones seruantibus. Et inter hæc insignis locus pœ-
nitentiæ est ca. 30. Concludit ergo post leges, dicens,
Hodie &c. **Dominū elegisti.**

Ergo ne nostra electio præuenit dominū? Vide quod
sequitur, En dominus elegit te hodie &c. Tunc eligi-
mus dominū quādo incipimus credere uoci eius, id quod
nō possumus nisi ipse prior nobis uocē suā offerat. Unde
de Christus, Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos &c.

Peculiaris] supra cap. 7. & 14.

In laudem & nomē & gloriam suā, hoc
pertinet ad uerbum faciet, non ad uerbum creauit. Ad
hoc exaltat deus fideles ut ipsius nomen sanctificetur
& ab ipsis & à gentibus quæ uidēt bonam fidelium
conuersationē, ut est in epistola Petri, Non ut nos ma-
gnificemur & pharisaica intumescamus superbia, qui
nihil sumus, & ex sola dei gratia sumus id quod su-
mus, quemadmodū de se dixit Paulus.

CAPVT XXVII.

Riges. Hic primū locus est quē eli-
git dominus, ut ibi inuocetur nomen
eius, qui postea electo alio abrogatus est,
nam unum tantū uoluit dominus, ut su-
pra dictum. Hic uidetur esse ille mons, de quo mu-
lier Samaritana dixit, Ioannis. 4. Patres nostri in-

monte hoc adorauerūt &c. Porro q̄ iubet in magnis lapidibus scribi præcepta Deuteronomij, idem significat qd' deus scripsit in tabulis lapideis &c. Litera erat & dura corda, non dū spiritus, ut supra dictū. Quod uero altare nō uult fieri ex lapidibus arte humana leuigatis & sabrefactis, sed ex informibus ut creati sunt à deo calce leuigatis, sine dubio significat, q̄ deus nullum cultū uult nostra industria paratū, ut nō cogitemus aliquid præstare deo nostris operibus, nostro proposito aut libero arbitrio, quæ meræ sunt hypocrises & seductiones &c. Hæc oīa legis impleta ioseph. 8.

Hi stabunt. Quare etiā super mōtes nō procul à Hiericho ponātur maledictiones & benedictiones diximus in fine cap. 11.

Cecū etiā errare facit qui ignorantē prauā doctrinā seducit. Est autē praua doctrina quæ nō est uerbū dei. Hinc illud, Si cæcus cæcum. &c. Et finite illos &c.

Clam percusserit. supra. 21. Item clam occidit qui doctrinas demoniorū, id est traditiones humanas, docet quæ est occisio animarū, & tamē nihil minus quā occisor uult uideri &c.

Maledictus qui non permanet &c. Hic pronunciant cōtra se sententiā damnationis, sed tamē deo iubente, qui uult nos suā confiteri ueritatē etiā contra nos, ut fateamur nos esse damnatos. A qua maledictione nemo liberatur nisi per Christū, qui tūc expecta-

expecta-

expectabatur ut in semine Abrahæ benedicerentur
cunctæ cognationes terræ, quæ promissio benedictio-
nis futuræ æque nobis maledictionem nostram indica-
uit. Itaq; lex fuit pedagogus in Christum, ut ex fide ius-
titia daretur & uita credentibus, quæ ex operibus le-
gis dari non potuit. Vide reliqua in hunc locū in com-
mentarijs D. Martini, Gal. 3.

CAPVT XXVIII.



DE his benedictionibus diximus cap. 7.
Sunt autē hæ benedictiones & corpo-
rales & spirituales. Spiritualem enim
esse quis dubitat eā quæ promittit, Su-
scitabit te dominus sibi in populū sanctū &c. Ita ma-
ledictiões non solū sunt externæ, sed etiam internæ,
ut illa, Percutiet te dominus amentia &c. qua plags al-
ludit ad tenebras palpabiles Aegyptiorū, quæ non so-
lum non uidere permittebant sed ne ire quidem. Hor-
rendū istud est ita abiecto dei uerbo fieri amentem &
excæcatum. Exempla hodie uidemus.

Increpationē, maledictiōē, ut nihil recte pro-
ueniat. Nota q̄ dicit, propter adinventiones tuas pessi-
mas quibus reliquisti me. Non uult deus ut relicta uia
regia uerbi sui sequaris cōsilia cordis tui, sicut ferè ho-
dīe fit in omni dei, quæ uocant, cultu. Et iudicium dei
horrendū est sic relinquere, ut in psal. Ibunt in adin-
ventionibus suis.

K